



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

Quòd gratia Dei, non miscetur terrena sapientibus. 53

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

240 DE IMITATIONE
quidquid aliunde contractum est &
inquinatum.

CAP. LIII.

*Quòd gratia Dei, non miscetur terrena
sapienibus.*

Domi-
aus.

Flli, † pretiosa est gratia mea, non
patitur se misceri extraneis re-
bus, nec consolationibus terrenis. Ab-
dicere ergo oportet omnia impediméta
gratiæ, si optas eius infusionem susci-
pere. Pete secretum tibi, ama solus ha-
bitare tecum, nullius require confa-
bulationem: sed magis ad Deum de-
uotam effunde precem, vt compun-
ctam teneas mentem, & puram con-
scientiam. Totum mundum nihil æsti-
ma: Dei vacationem, omnibus exte-
rioribus antepone. Non enim poteris
Mat. 19 mihi vacare, & in transitoriis pariter
delectari. A notis & à charis oportet
elongari, & ab omni temporali solatio
1. Pet. 2. mentem tenere priuatam. Sic obsecrat
B. Apostolus Petrus, vt tamquam ad-
uenas & peregrinos in hoc mundo se
contineant Christi fideles.

2^o O quanta fiducia erit morituro,
quem nullius rei affectus detinet in
mun-

mundo. Sed sic segregatum cor habere ab omnibus, ager necdum capit animus, nec animalis homo nouit interni hominis libertatem. Attamen si verè velit esse spiritualis, oportet eum renuntiare tam remotis quàm propinquis: & à nemine magis cauere, quàm à seipso. Si temetipsum perfectè viceris, cætera faciliùs subiugabis. Perfecta victoria est, de semetipso triumphare. Qui enim semetipsum subiectum tenet, vt sensualitas rationi, & ratio incunctis obediat mihi, hic verè victor est sui, & Dominus mundi.

3 Si ad hunc apicè scandere gliscis, oportet viriliter incipere, & securim ad radicem ponere, vt euellas & destruas occultam inordinatam inclinationem ad teipsum, & ad omne priuatum & materiale bonum. Ex hoc vitio, quod homo semetipsum nimis inordinate diligit, penè totum pender, quidquid radicaliter vincendum est. Quo deuicto & subacto malo, pax magna, & tranquillitas erit continuò. Sed quia pauci sibiipsis perfectè mori laborant, nec plenè extra se tendunt, propterea in se implicati remanent,

L nec

nec supra se in spiritu eleuari possunt. Qui autem liberè mecum ambulare desiderat, necesse est, vt omnes prauas & inordinatas affectiones suas mortificet, atque nulli creaturæ, priuato amore, concupiscenter inhæreat.

CAP. LIIII.

De diuersis motibus naturæ, & gratiæ,

Domini - I Fili, † diligenter aduerte motus natura-
aus. **F**turæ & gratiæ, quia valdè contrariè & subtiliter mouentur: & vix, nisi à spirituali & intimè illuminato homine, discernuntur. Omnes quidem bonum appetunt, & aliquid boni in suis dictis vel factis prætendunt, idèò sub specie boni multi falluntur. Natura callida est, & multos trahit, illaqueat, & decipit, & se semper pro fine habet. Sed gratia simpliciter ambulat, & ab omni specie mala declinat: fallacias non prætendit, & omnia purè propter Deū agit, in quo & finaliter requiescit.

2 Natura inuitè vult mori, nec premi, nec superari, nec subesse, nec spòtè subiugari. Gratia verò studet mortificationi propriæ, resistit sensualitati, quæ